Cc — 6 — 10

PRAXIS Curiæ Admiralitatis ANGLIÆ.

Cc. 14 11

AUCTORE
FRANCISCO CLERKE,
Olim Curiæ *Cantuar.* de Arcubus
London. Procuratore.

LONDINI,
impensis *Guliel. Crooke*, ad Signum
Draconis Viridis, in vico vulgò
vocato Without Temple-bar.
CIↃ IↃ LXXIX.

270:15

Editor Lectori.

CUm forte fortuna incide-rem in codicem quendam M. S. *qui inter alia continebat* Franciſci Clerke *Praxin duplicem, illam ſc. quæ nuper* Dublini *prodiit, & hanc quam nunc damus, utramque ut inſpicerem ſtatim de exſcribendo cogitavi; at vero ne fruſtra operam impenderem, inquirendum prius judicavi apud Bibliopolas an non publice extarent? Atque priorem illam editam inveni, non autem hanc: Itaque & hanc in proprium & privatum meum*

uſum exſcribere operæ pretium duxi. Quo facto, cum de ea mentionem forte facerem apud Will. Crooke *Bibliopolam, ut Apographon meum prælo committendi ſibi copiam facerem rogavit; quod quidem haud gravate annui. Imo miratus ſum potius, quo malo fato factum ſit, ut in Editione diſjungeretur, quas in meo Codice conjunctas vidi; quocirca cum & hæc perinde ac altera quæ in publicum commodum ederetur digna mihi viſa ſit, petitioni illius omnino cedendum ſtatui: quod ut non illubenter facerem, libentius tamen feciſſem ſi emendatorem edere licuiſſet. Exemplar enim quo uſus ſum, nec*

ipſius auctores autographon erat, nec ubique ſatis fideliter tranſcriptum, ut quiſquis nunc editum inſpexerit facile judicabit. Attamen nihil mutandum judicavi, me enim partes agere fidelis Scribæ, non Cenſoris. Etenim id operis Lectoris judicio relinquere malui, præſertim aliorum exemplarium, quorum collatione emendarem, ſubſidio deſtitutus. Religio mihi ſemper fuit in aliorum ſcriptis deſcribendis, & ipſa errata ad minimum apicem exſcribere : Id enim veris eruditiſſimis maxime placere video. Itaque quod exemplar, quo uſus ſum, mihi exhibuit, id ipſum prælo fideliter ipſe exhibui ; reliquum eſt ut & præ-

lum æque fidelem navet Operam, quod ubi fecerit nihil reſtiturum arbitror, quo minus uſus ejus abſque offendiculo tibi pateat. Si exemplar tibi fideliter repræſentemus, tuum erit Errata quæ pariter cum eodem tibi repræſentamus tuomet judicio & arbitrio corrigere.

Hæc te ſcire volui neſcias ne eſſes.

E. S.

PRAXIS
Curiæ Admiralitatis
ANGLIÆ.

Tit. 1. *De modo inchoandi ſive inſtituendi Actionem in ſuprema Curia Admiralitatis Angliæ, & de tenore Warranti ſeu Mandati Originalis Judicis.*

SI cui competit Actio in cauſâ civili vel maritima contra Perſonam aliquam, & contra bona, impetrand. eſt Warrantum ſeu Judicis Mandatum, ad hos reſpectivè effectus, *videlicet*, ad arreſtandum, & per ſcapulas tenendum Reum, & ad detinendum ſive cuſtodiendum eum ſub ſalvo & ſecuro Arreſto, donec legitimè comparuerit, vel ut habeatur tali die, *viz.* tertio, quarto, quinto, ſexto, ſeptimo, octavo, vel decimo die poſt Arreſtum interpoſitum, ſi juridicus

fuerit, alioquin proximo die juridico ſequente extunc, in loco judiciali, ſeu ad jus dicendum ſolito, in Burgo de Southwark juxta portam civitatis London. coram honorando Domino magno Admirallo Angliæ, aut ſupremæ ſuæ Curiæ Admiralitatis Preſidente locum tenente, ſeu Judice N. Mercator. London. in quadam cauſa Civili & Maritima de juſticia reſponſur'.

2. *De Directione dicti Warranti.*

COncipitur nomine domini magni Admiralli Angliæ, dirigitur univerſis & ſingulis Juſticiar' Conſtabulariis, Majorib. Ballivis, & cæteris officiariis dominæ noſtræ Reginæ, & preſertim N. Mariſcallo curiæ hujuſmodi Warranta ſcribere ſine decreto Judiciali, ut citatio ordinaria in Curiis Eccleſiaſticis.

3. *De modo exequendi Warrantum.*

WArrantum hujuſmodi eſt tradendum dictæ curiæ Mareſcallo, *i.e.* officiario cuidam curiæ dictæ, ad hoc ſpecialiter inſtituto, ſi perſona arreſtanda habitat vel verſatur in Civitate London. aut Suburbius ejuſdem, ſeu locis convicinis: alioquin alicui

alicui Majori, Ballivo, Conſtabulario, vel uniquiq; alii ſeu Officiario cujuſcunq; civitatis, villæ, ſeu oppidi in quo pars arreſtanda habitat, qui virtute ejuſdem Reum arreſtabit, ei intimando cauſam arreſtationis hujuſmodi, & ſi arreſtatus poſſit etiam cavere vel idoneæ fidei jubere de legitimè comparendo die & loco in dicto Warranto ſpecificatis, ad reſpondend' Actori in dicta cauſa, eſt ab hujuſmodi arreſtõe liberandus. Si vero non poſſit ad hujuſmodi effectus idoneè cavere, committendus, & cuſtodiendus ẽ ſub arreſto, donec ita ſit ab eo fidejuſſum.

4. *De Interpoſitione Cautionis ſeu fidejuſſor' per arreſtatum de legitime comparendo.*

IN calce ſive fine appendic. cujuſcunq; Warranti (Anglicè *in the Label*) cui apponitur ſive affigitur ſigillum domini Admiralli, ſumma in qua actio ſit inſtituta, in his verbis (Actio *v. lib.*) ſcribitur. In tanta igitur ſumma edenda, & interponenda ẽ cautio fidejuſſoria per arreſtatum de legitime comparendo ad effectus predictos. Caveat igitur officiarius ſeu ballivus hoc Warrantum exequens, ut idoneos recipiat fidejuſſores, ne actio contra eum inſtituatur, ſi reus per eum liberatus è carcerib. non comparuerit.

Capta

Capta verò hujuſmodi cautione fidejuſſoria Warrantum predictum una cum literis obligatoriis remittendus ē judici vel parti actrici tradendum ante diem comparitionis reæ, una cum nomine illud exequent. & die & loco hujuſmodi executionis Warranti.

5. *Quid ſit legitime comparere.*

SI pars ipſa perſonaliter vel ejus procurator legitime comparuerit in die comparitionis vertute dicti Warranti una cum fidejuſſorib. obligandis ad reſpective effectus mentionat. in titulo de Introductione fidejuſſor. & ſo. dicitur legitima comparitio, ſecus non. Sed ſi reus ipſe comparuerit perſonaliter ſine fidejuſſoribus ad effectus prædictos eſt, per judicem carceribus committendus, & ibidem detinendus durante lite, niſi interim fidejuſſerit. Judex tamen ex cauſis poteſt admittere juratoriam cautionem ad illos effectus ad quos interponendi fuiſſent fidejuſſores, ſaltem ſi ſibi poſſit reum adeo pauperem eſſe ut non poſſit fidejubere. Et ſi pars introduxerit dictos novos fidejuſſores, vel in non introducendo commiſſus fuerit carceribus, liberantur ejus fidejuſſores à ſtipulatione ab eis capta pro legitima comparitione rei, & cautio

cautio obligatoria in ea parte interpoſita eſt tradenda, & arreſt. eſt relaxandum.

6. *De Certificatorio dicti Warranti.*

PRocurator actoris concipere debet Certificatorium ſuper executione dicti Warranti per extenſum, illudq; ſigillo aliquo authentico ſigillari procurare, ut Certificatorium in cauſis Eccleſiaſticis, vel Mandatarius ſine Mariſcallus dictæ Curiæ, qui dictum mandatum executus ſit perſonaliter in judicio faciet fidem de executione dicti Warranti.

7. *De procuratorio ad lites, & conſtitutione apud acta.*

PRocuratorium ad lites in cauſis civilib. & maritimis eſt idem cum procuratoriis in Curiis Eccleſiaſticis; omneſq; illas clauſulas generalis & poteſtates ſpeciales continet, quæ in procuratorio generali ad lites, in curiis Eccleſiaſticis dicitur conſtituentem *dediſſe poteſtatem & mandatum ejus procuratori in omnibus cauſis & negotiis.* In iſto procuratorio in civilibus adjicienda ſeu addenda ſunt ad dicta verba (*cauſis & negotiis*) hæc verba (*civilibus & maritimis.*) Similiter in

in procuratorio ad lites in cauſis eccleſiaſticis datur poteſtas procuratori petendi beneficium abſolutionis ſeu relaxationis à quibuſcunq; ſuſpenſionum, excommunicationum, aut interdicti ſententiis è Jure vel ab Homine latis, ſeu ferendis ſimpliciter, vel ad cautelam. In procuratorio in cauſis civilibus omittenda eſt illa clauſula, & loco ejuſdem inſerenda eſt hæc, nempe, Conſtituentem dare ejus procuratori poteſtatem legitimas cautiones, & fidejuſſores dandi & introducendi, nec non ex adverſo dari petendi & obtinendi. Quid verò ſit conſtitutio aut ſtipulatio apud acta, lege Practicam Eccleſiaſticam.

8. *De Petitione Procuratoris Actoris tempore relati Warranti.*

EGo N. *exhibeo procuratorem meum literatorie vel apud acta ſi ſit ita conſtitutus pro* N. *ac facio me partem pro eodem, & exhibeo mandatum Originale cum certificatorio in dorſo ejuſdem, vel ſuper ejus executionem mandatarius præſens in judicio fecit fidem, & accuſo contumaciæ* N. *arreſtati ad legitime comparendum iſtis die & loco tam juxta tenorem mandati prædicti quam juxta ſtipulationem ſeu cautionem fidejuſſoriam alias in hac cauſa captam, & penes*

regiſtrum

regiſtrum remanentem, vel jam per me exhibitem, & non comparentis, quare peto eum reputari contumacem & in pœnam ſuæ hujuſmodi contumaciæ pronuncio incidiſſe in pœnam ſtipulatum ſine in commiſſum. Tunc judex faciet Reum publice trina voce proconizari per Mariſcallum Curiæ, &, eo non comparente, decernet eum incidiſſe in pœnam ſtipulatam, & capiendum fore per ſcapulas donec ſolverit. Sed in iſto caſu non comparitionis reæ (in damnum actoris) protrahentis & tardentis litem, ſolet judex allocare aliquam rationabilem partem ſummæ in caſu prædicto non recuperare intuitu retardati proceſſus & reliquam ſuo arbitrio diſponere.

9. *De Petitione Rei ſi Actor non comparuerit in die aſſignato per executionem Warranti, nec cauſam ſuam proſecutus fuerit.*

SI Reus juxta arreſtum & ſtipulationem alias per eum interpoſitum comparuerit ipſe aut ejus procurator exhibendo ejus procuratorium literatoriè vel apud acta, dicet, *Allego* N. *preſentem in judicio fuiſſe & eſſe authoritate Warranti ſive Mandati hujus Curiæ arreſtatum ad comparendum iſtis die & loco ad reſpondendum* M. *in cauſa civili & maritima, & pro ejus perſonali comparitione fidejuſſores da-*

tos

tos fuiſſe; partem tamen actricem nec per ſe nec per ejus procuratorem curare proſequi cauſam hujuſmodi, quodque Dominus meus eſt promptus & paratus ad producendum fidejuſſores idoneos ad reſpondendum Actori in cauſa ſeu actione per eum inſtituta juxta juris exigentiam & ſtilum Curiæ. Quare peto Dominum meum dimitti una cum expenſis, & cautionem per eum interpoſitam pro ejus comparitione decerni ſeu cancellari. Tunc judex faciet actorem trina voce publicè proconizari per Mariſcallum Curiæ, & ſi nec per ſe, nec per ejus procuratorem comparuerit, nec cauſam prædictam proſecutus fuerit, Judex, ſi ſibi placuerit, poteſt aut eadem die decernere ut petitur, & condemnare actorem in expenſis, vel decernere actorem in poſterum non eſſe audiendum niſi refuſis expenſis factis per reum; vel Judex poteſt expectare comparitionem in unum vel alterum juridicum, & tunc decernere ut ſupra. vel Judex poteſt (& hoc eſt magis quotidianum) decernere partem vocandam fore erga aliquem diem competentem ad proſequendum cauſam ſub pœna finalis dimiſſionis una cum expenſis, ut in Eccleſiaſticis cauſis. Et ſi actor citatus non comparuerit, reus eſt demittendus ut ſupra una cum expenſis, & porrecta ſcedula expenſarum hujuſmodi taxandæ ſunt judicis moderatione precito juramento ſuper taxa-

tione

tione. Sed de taxatione Expenſarum, Monitione ad ſolvendum, & cæteris in hac parte incidentibus & de jure requiſitis, lege Practicam in cauſis Eccleſiaſticis, hoc excepto, quod in ipſa Monitione ad ſolvend. has expenſas continetur etiam arreſtatio, caſu quo pars non curaverit expenſas taxatas infra diem in monitione ſpecificatam ſolvere, ut latius in aliis titulis in præſenti Practica ſcriptis apparet. Et nota, quòd licet reus arreſtatus, ut ſupra, ad legitime comparendum ad reſpondendum in cauſa civili non comparuerit perſonaliter ſed per ejus procuratorem legitimum una cum fidejuſſoribus obligandis ad effectum predictum, dicitur *Legitima Comparitio.*

10. *De petitione Procuratorum hinc inde ſi Reus & Actor.*

SI Actor in die comparitionis Rei etiam comparuerit per ſe vel per ejus procuratorem, & accuſaverit contumaciam Rei, ut ſupra in titulo de petitione procuratoris tempore relati Warranti, tunc reus comparens & ſtipulationi alias per eum interpoſuit, dicet per ſe vel per ejus Procuratorem, *Peto libellum & fidejuſſores per partem adverſam dari, vel partem eam dimitti una cum expenſis.*

Tunc

Tunc procurator Actoris primo & ante omnia dicet, *Peto fidejussores idoneos dari per reum juxta juris exigentiam & stilum Curiæ*, tunc judex assignabit partibus hinc inde ad fide jubendum in prox. & actori ad libellum eodem die.

11. *De Introductione fidejussorum per Reum & stipulatione ab iis captanda.*

REus introducere debet fidejussores ad hos effectus, de judicio sisti, de judicatis & expensis solvend. & de ratihibitione Procuratoris constituti vel constituendi; qui fidejussores submittere se debent jurisdictioni Curiæ, & renunciare omnibus privilegiis & exemptionibus & tunc per stipulationem ab iis sive per judicem, sive de ejus mandato, & in ejus presentia per Registrarium capiendam, recognoscent se debere Actori talem summam tantam, videlicet, pro qua actio instituitur, iis adjectis conditionibus vel legibus, quod si actor obtinuerit in causa ut reus fuerit condemnatus, tunc reus solvet actori non solum condemnationem, id est, sortem principalem, seu rem adjudicatam, verum etiam expensas litis per Judicem taxandas, & quod sistent partem principalem in judicio quoties jura volunt & personalis

nalis ejus comparitio requiretur, &, quod reus rata habebit geſta per ejus procuratorem, & quilibet fidejuſſorum tenetur pro toto & in ſolido. Nota tamen, quod in iſto caſu Judex poteſt ex cauſa moderari ſummam hanc à dictis fidejuſſoribus capiendam, quia aliquando actores, ut reus non poſſit fidejubere, ſed ob defectum fidejuſſor. in tanta ſumma obligandorum, committeretur carceribus inſtituunt actiones in multa majori ſumma quam à reo debetur.

12. *De Petitione & Proteſtatione Procuratoris Actoris tempore introductionis fidejuſſorum per Reum.*

QUia aliquando Reus introducit fidejuſſores Actori incognitos & plerumque minus ſufficientes aut idoneos, diſſentiat igitur procuratoris eorum productioni, admiſſioni ſeu receptioni, & proteſtetur de inſufficientia eorundem, & de petendo uberiores & magis idoneos, caſu quo conſtabit eos non eſſe ſufficientes, hæc enim proteſtatio eſt valdè neceſſaria, ne videaris in eos conſentire, ita ut poſtea non poſſis petere uberiores.

13. *De*

13. *De Productione fidejussorum ex parte actoris & stipulatione ab iis capienda.*

ACtor etiam introducere tenetur fidejussores ad hos effectus, videlicet, de lite prosequenda, de expensis solvendis reo, casu quo succubuerit in causa, de ratihabitione procuratoris, nec non, de sistendo actorem personaliter in judicio, quoties ad hoc de jure & stilo Curiæ tenetur. Nam nota, quod quemadmodum actor uti possit responsis rei super positionibus libelli vel cujuscunque materiæ defensionis, exceptionum seu aliarum allegationum quarumcunq; per eum datorum, & hic expedit, ut rei procurator dissentiat & protestetur tempore receptionis hujusmodi fidejussorum ut supra precedenti titulo.

14. *De Petitione procuratoris ad uberius seu magis idoneè fidejubendum.*

LIcet fidejussores hinc inde recepti sunt, & postea Lis sit in causa contestata, vel forsan ad conclusionem in causa producta, sed fidejussores sive rei sive actoris, non sunt idonei, tunc dicet procurator partis adversæ,

ſæ, 'Allego *N.* & *N.* fidejuſſores ex parte 'N. in hac cauſa productos non fuiſſe nec 'eſſe ſufficientes aut idoneos, habita conſi-'deratione ad gravitatem cauſæ (id eſt, ſi 'actio ſit magni valoris) & quod iidem fide-'juſſores vel talis fidejuſſorum, communiter 'habetur & reputatur apud notos & vicinos 'ſuos pro paupere, ſaltem non valente tali 'ſumma, *viz.* multo minori quam in qua 'actio conſtituitur, & ideo peto idoneos '& ſufficientes fidejuſſores dari ex parte 'adverſa, alioquin decerni partem capien-'dam fore per ſcapulas, donec ſufficienter '& idoneè fuerit ab eo fidejuſſum. Tunc procurator alterius partis dicet, 'Diſſentio '& proteſtor de nullitate petitionis hujuſmo-'di, ac inficior eandem eſſe veram; & alle-'go eſſe ſatis ſufficienter & idoneè ex parte 'Domini mei in cauſa fidejuſſum, & quod 'fidejuſſores ex parte mea producti ſunt ſatis 'locupletes & divites ad reſpondendum acti-'oni inſtitutæ, & quod pro talibus ſunt com-'muniter dicti, tenti, habiti, nominati & repu-'tati, & ideo Dominum meum non eſſe co-'gendum ad uberius ſeu ulterius fidejuben-'dum in cauſa. Et nota, quod licet fidejuſ-ſores, dati per Reum fuerint idonei & ſuffi-cientes eo tempore quo recepti fuerint in fi-dejuſſores, tamen poſtea lapſi ſunt facultati-bus. Ideo, ut ſuperius dicitur, uberiores &

alios

alios in caſu prædicto Reus tenetur dare. Similiter ſi fidejuſſores initio litis introducti, pendente eadem fatis ceſſerint, pars qui eos produxit cogi debet ad dandum alios.

15. *De Decreto Judicis quoad petita de novis dandis fidejuſſoribus.*

DE hac re aut queſtione, *viz.* utrum fidejuſſores ſint idonei & ſufficientes, necne, Judex poteſt & ſolet ſummarie cognoſcere, ne circa hanc queſtionem principalis cauſa differatur, & partes infinitis expenſis graventur. Id ſi Judici id ſtatim conſtare poteſt per aliquos præſentes in judicio, (nam ſingulis juridicis interſunt mercatores, qui plerumque noverint facultates Rei) aſſignabit parti ad uberius & idoneè fidejubendum in proximo juridico vel alio die ſuo arbitrio deſignando. Si vero de præmiſſis conſtare non poteſt, aſſignabit ad audiendum ejus voluntatem.

16. *De forma probandi ſufficientiam vel inſufficientiam fidejuſſorum.*

SUmmaria & non plena aut exacta probatio in hac cauſa requiritur, ideo ſi allegans inſufficientiam fidejuſſorum procuraverit certificatorium

ificatorium ſub manu collectoris Regii ſub-
idii in illis partibus in quibus fidejuſſores fa-
niliam fovent, quod in libro ſubſidii non
mnino, ſaltem ad exiguam, ſummam tax-
ntur, vel ex certificatorio proborum viro-
um vicinorum hujuſmodi fidejuſſorum &
udici cognitorum fuit ſignificatum hos fide-
uſſores publicè reputari pro pauperibus,
altem non valentibus tantam ſummam,
udex debet decernere ut ſupra. Et è
ontra, ſi pars produxerit fidejuſſores, &
robaverit modo premiſſo, vel alias, ſufficien-
ntiam fidejuſſorum per eum introductorum,
unc denegenda ā petitio prædicta, de novis
andis fidejuſſoribus, aut expreſsè, aut taci-
è procedendo ad alia huic petitioni con-
raria.

7. *De Cautione interponenda per partem principalem pro indemnitate fidejuſſorum.*

Pſo ac eodem tempore & in eodem actu
in quo capta erat ſtipulatio ſeu recognitio
idejuſſorum, obliganda eſt pars principalis
on ſolum ad omnes alios effectus ad quos
bligati erant ejus fidejuſſores, verum etiam
e conſervando hujuſmodi fidejuſſores in-
emnes quoad cautionem per eos interpoſi-
am, hæcq; cautio principalis partis ſolet
fieri

fieri in duplici ſumma à fidejuſſoribus, capta, in majori, quam in qua fidejuſſores obligati fuerint Judicis arbitrio limitanda.

18. *De Datione ſive Oblatione Libelli.*

EDitis & introductis fidejuſſoribus hinc inde, dicet procurator actoris, 'Do 'Libellum & peto decerni procedendum fore 'ſummarie & de pleno. Quoniam omnes 'cauſæ civiles & maritimæ ſunt cauſæ ſum-'mariæ, ac eo modo eſt in eiſdem omnibus procedendum, quo in cauſis ſummariis Eccleſiaſticis proceditur. Viz. decernendum eſt pro parte principali, aſſignandus eſt terminus probatorius, producenda eſt pars principalis, producendi ſunt teſtes præſentes in judicio, concedenda eſt commiſſio pro teſtibus in partibus infra regnum, & ſub mutuæ viciſſitudinis obtentu & in juris ſubſidium, extra Regnum. Atque procedendum eſt in eiſdem Commiſſionibus. Hæque Commiſſiones ſunt judici competenti concedenti certificandæ, & teſtium publicatio petend. & decernenda. Et de jure eſt procedendum uſque ad finalem ſententiæ definitivæ prolationem incluſivè ferendam, prout in cauſis Eccleſiaſticis ſummariis, his ſequentibus exceptis,

19. De modo teſtificandi Decretum perſonale ad reſpondendum petitionibus libelli, ſi reus citari non poſſit & decreto Judicis.

LIcet omne originale Warrantum ſive Mandatum Originale continet arreſtationem perſonæ reæ; tamen decretum, ſeu ut vocant Warrantum perſonale pro parte principali ad reſpondendum poſitionibus Libelli, continet tantum citationem, ut in cauſis Eccleſiaſticis. Sed ſi reus vigore ejuſdem citari non poſſit perſonaliter, quia Latitavit, tunc eſt ita certificandum aut per ipſum Mandatarium perſonaliter in unum ejus juramenti, vel per certificatorium authenticum, ut in cauſis Eccleſiaſticis, & petendum eſt ut fidejuſſores vocentur ad comparendum aliquo die competenti ad ſiſtendum partem principalem ſub pœna per eoſdem ſtipulata. Tunc Judex (decernimus) tamen relinquitur arbitrio Judicis utrum voluerit decernere hoc decretum contra fidejuſſores, vel prius decernere partem principalem citandam fore perſonaliter, ſi ita poſſit apprehendi, alioquin viis & modis omnibus quibus melius aut efficacius notitia hujuſmodi citationis ad aures ejus veriſimiliter pervenire poſſit, *viz.* per affixionem mandati in foribus ſolitæ

habitationis reæ, vel Eccleſiæ Parochialis, vel ſi ſit Mercator *Londinenſis* vel extraneus, per affixionem ejuſdem in publico Excambio, cum major concurſus Mercatorum ibidem habetur, & tunc vel alio mandato hujuſmodi & parte comparente, decernere fidejuſſores vocandos fore ut ſupra ad ſiſtendum partem principalem. Et nota, quod omnia quæ in præſenti titulo ſcripta ſunt de parte principali rea, & de ejus fidejuſſoribus eundem locum habent de parte principali actrici ac de ejus fidejuſſoribus in caſu quando reus intendit uti ejus reſponſionibus propoſitis & allegatis ex parte reæ. Et ſimiliter nota, quod quamvis etiam in præſenti titulo dicitur, Quod ſi reus latitaverit & quod eſt decernenda, nova citatio perſonalis ſi ita poſſit apprehendi, Judex poteſt, cum primum Warrantum ſeu dicta citatio pro parte principali ſit relata, quia pars Latitavit, decernere eam partem arreſtandam ac per ſcapulas capiendam ſi poſſit apprehendi, donec comparuerit; & ſi ita capi & Arreſtari non poſſit, tum citanda viis & modis omnibus ut ſupra.

20. *De Petitione Procuratoris Actoris, ſi fidejuſſores rei moniti ad ſiſtendum partem principalem non comparuerint nec ſiſtunt eundem.*

'PRocurator actoris dicet, exhibeo verum mandatum originale una cum certificatorio in dorſo vel ſuper cujus executione 'mandatarius præſens in judicio fecit fidem, '& accuſo contumaciam *N.* & *N.* fidejuſſorum ex parte reæ partis principalis moni'torum ad perſonaliter ſiſtendum iſtis die & 'loco partem principalem petitionibus libel'li alias con. dum dat. perſonaliter reſpon'ſuram alioquin citatur ad comparendum 'iſtis die & loco ad ſiſtendum eandem partem 'ad effectum prædictum, juxta ſtipulationem 'per eos in hac parte interpoſitam vel ad di'cendum cauſam quare non deberent decla'rari incidiſſe in hujuſmodi commiſſum ſub 'pœnam ſtipulatam. Quare peto eos repu'tari contumaces, & in pœnam declarari 'incidiſſe in hujuſmodi commiſſum ſub pœ'nam ſtipulatam, & capiendum fore decer'ni donec ſolverent commiſſum. Tunc fienda eſt publica proconizatio trina voce per Mariſcallum Curiæ pro fidejuſſoribus, eiſq; non comparentibus, pronunciandi ſunt contumaces & in pœnam declarandi ſunt inci-

disse in commissum. Hic tamen notandum est, quod Judex non solet quamvis possit in primo die pro comparitione fidejussorum hoc decretum inter diem juridicum expectare, & crastinare eorundem comparitionem. Quod si factum sit caveat procurator actoris, ut continuetur Certificatorium dicti Warranti contra dictos fidejussores introducti in diem deliberatorium datum per Judicem, ut si eadem die dicti fidejussores non satisfecerint contentis in dicto mandato, possit denuo accusare eorum contumacias, & petere ut prius; quod facere non potest, si circumductum, aut, ut vocant, discontinuatum sit Certificatorium prædictum. Et nota, quod si pars principalis infra unum aut alterum diem post interpositum decretum dictos fidejussores incidisse in pœnam stipulatam & capiend. fore, & antequam illud fuerit in eosdem fidejussores executum, comparuerit, quod Judex non obstante ejus decreto prædicto potest hujusmodi pœnam seu commissum suo arbitrio moderari; ita tamen ut aliqua pars moderatæ summæ præstetur actori, ratione expensarum per eum factar. per retardationem processus.

21. *De Petitione fidejussorum si non comparuerint in die eis dato, ad sistendum partem principalem.*

COmmuniter omnes actiones institutæ in Curia Admiralitatis tractantur inter Mercatores, tam domesticos quàm extraneos, nautas, & marinarios. Ideo si pars principalis, ad quem sistendum vocantur fidejussores, abfuerit à regno, vel fuerit in longinquis partibus regni isto tempore quo sisti debuisset, dicti fidejussores tenentur, ad eorum purgandam contumaciam, comparere, & præmissa impedimenta, nempe absentiam partis principalis allegare, & se promptos & paratos offerre ad sistendum partem principalem, quocunque die competenti, Judicis arbitrio designando; & si fidem de veritate hujusmodi allegationis fecerint, Judex debet & solet statuere aliquem diem competentem eisdem fidejussoribus ad sistendum partem principalem ad effectum prædictum juxta distantiam loci in quo principalis versatur, Erga quem diem procurator actoris petere debet, ut supra, continuationem Certificatorii aliàs per eum introducti contra dictos fidejussores, ut si non sisterent partem principalem eadem die, possit in pœnam eo-

rum contumaciam petere eos incidisse in pœnam stipulatam seu commissum pronunciari. Potest etiam procurator actoris ex superabundanti, & ad majorem cautelam petere à Judice, ut mandet dictos fidejussores cum præmissa allegaverint & petierint ad comparendum personaliter dicto die eis dato ad sistendum partem principalem ad videndum se declarari incidisse in commissum, casu quo hoc decretum de pronunciando dictos fidejussores incidisse incommissum decerni potest, in pœnam eorum geminatæ contumaciæ, si non comparuerint, & satisfecerint dicto Warranto, ut præfertur, in eos executo, & monitioni judiciali antedicto. Hic, duo sunt notanda; primò, quod si actor, vel ejus procurator suspicatur fidejussores Rei, animo protrahendi litem, dum tempus liberatorium ad sistendum partem principalem petere, & quod in die dato ad sistendum tunc ulterius animo hujusmodi litem differendi intendere aliquas frivolas allegare causas ad obtinendum secundas inducias ad sistendum eandem partem, utpote quod ægrotat, vel ita gravatur ære alieno, quod non audet comparere, vel saltem tunc petere commissionem ad partes pro ejus examinatione, potest in ipso die, quo dicti fidejussores primo tempus prædictum deliberatorium ad sistendum partem principalem interpellare Judicem,

Judicem, ut compellat eos tunc uti beneficio commiſſionis ad partem pro examinatione dicti rei ſub pœna carentiæ, id eſt, quod in poſterum denegata eis commiſſio ad effectum prædictum. Secundum, quod Judex ex cauſa vel gratia poſſit admittere procuratorem ad comparendum pro dictis fidejuſſoribus, ad allegandum cauſas abſentiæ partis principalis, & ad petendum tempus ad ſiſtendum eandem, vel commiſſionis pro ejus examinatione. Sed in iſto caſu ex neceſſitate continuandum eſt dictum Certificatorium in diem, ſeu potius in proximum diem juridicum, datum ad ſiſtendum partem, ut ſi non ſiſtatur, Judex poſſit pronunciare & declarare in pœnam contumaciæ dictorum fidejuſſorum; quod fieri non poteſt, ſi diſcontinuatum fuerit Certificatorium dicti Warranti, ut profertur executioni contra dictos fidejuſſores.

22. *De Productione partis principalis & teſtium, & pœna eis infligenda, caſu quo non ſubierint examen juramento.*

PRoducendi & juramento onerandi ſunt teſtes, & pars principalis, eo modo & forma quibus in cauſis Eccleſiaſticis & monendi ad ſubeundum examen citra die per Judi-

cem assignandum, sub pœna quadam pecuniaria, aliquando in levioribus causis sub pœna *xl. s.* aliquando in majoribus, sub pœna 5. *lib.* juxta Judicis arbitrium & causæ gravitatem: Et, si non curaverint subire examen ante diem constitutum, eorum contumacia est accusanda, & pronunciandi sunt incidisse in dictam mulctam sive pœnam. Et decernendum est eos capiendos donec eandem solverint, & subierint examen; ista summa est Judicis arbitrio distribuenda in pios usus, præsertim in pauperes incarceratos, & aliquando actori, si sit pauper, quia per hanc moram testium & partis principalis non subeuntium examen, processus est retardatus: solet etiam Judex in his casibus indulgere bis testibus & parti principali, & continuare pronunciationem eorum pœnæ in unum aut alterum juridicum, antequam pronunciat eos incidisse in dictam pœnam, & esse capiendos, *&c.*

23. *De Compulsorio contra testes recusantes testimonium perhibere.*

REquisitis testibus & oblatis eis viaticis, ut in causis viaticis, si recusaverint venire, vel non venerint; decernendum est, eos capiendos fore per scapulas, & carceribus committendos, donec comparuerint. 24. *De*

24. *De alio modo procedendi in Cauſa Civili, ſi Reus ære alieno gravatus, non poſſit arreſtari; & de Warranto in hoc caſu.*

OMnia in præcedentibus titulis ſunt intelligenda, quando Perſona Rei ſit arreſtata in cauſa Civili. Nunc tractabitur de arreſtandis Bonis Rei. Si igitur ita latitat, vel forſan abfuerit extra regnum, quo minus poſſit arreſtari, tunc ſi habuerit aliqua bona, merces, vel navem, vel navis aliquam partem, ſeu cymbam ſuper mare, vel infra fluxum & refluxum maris, tunc impetrandum eſt Warrantum ad hos effectus: *Ad arreſtandum talia bona, vel talem navem*, &c. *ad* N. *id eſt, ad reum debitorem ſpectantia, in quorumcunque manibus exiſtentia, & ad citandum apud bona hujuſmodi* N. *debitorem in ſpecie, ac omnes alios in genere, jus & intereſſe in bonis hujuſmodi habentes, aut habere prætendentes, ad comparendum tali die,* N. *Mercatori in quadam cauſa civili & maritima, de juſtitia reſponſurus.*

25. *De Executione dicti Warranti.*

MAriſcallus, ſeu alius Judicis Officiarius, bona prædicta ubicunque fuerint, ar-

restabit, atque sub salva & secura custodia eadem servabit; citabit etiam apud eadem bona dictum reum, & alios quoscunque jus & interesse habentes in bonis hujusmodi, aut habere prætendentes. Dicendo publicè omnibus tunc præsentibus, & penes quos eadem bona tempore hujusmodi arresti remanebant, quod peremptoriè citat tam dictum *N.* reum in specie, quam omnes alios in genere, jus aut interesse in bonis arrestatis habentes, aut habere prætendentes, quod compareant, & quilibet eorum compareat, die & loco in Warranto prædicto specificatis, *N.* in causa civili & maritima de justitia responsuri.

26. *De Certificatorio dicti Warranti.*

MArischallus certificare debet dictum Warrantum cum schedula bonorum arrestatorum ad diem quando, & locum in quo illud fuerit executus; & quod citavit Reum & cæteros juxta tenorum ejusdem. Sed si mandatarius, qui hoc Warrantum fuerit executus, sit in remotis [regni partibus] ita ut personaliter certificare non possit, tunc hæc executio, est certificanda per Certificatorium authenticum, ut supra in titulo de Certificatorio dicti Warranti 6.

27. *De Exhibitione, ſeu Judiciali Introductione dicti Warranti, & Petitione Procuratoris actoris.*

'EGo *N.* exhibeo procuratorium meum 'literatoriè, vel apud acta, pro *N.* & 'facio me partem pro eodem, & exhibeo 'mandatum originale cum Certificatorio in-'dorſo, vel ſuper quo Mariſcallus præſens in 'judicio fecit fidem; & accuſo contumaciam 'N. rei citati, & aliorum citatorum in gene-'re jus & intereſſe in bonis arreſtatis haben-'tes, vel habere prætendentes, ad comparen-'dum iſtis die & loco, dict. *N.* actori in cau-'ſa civili & maritima de juſtitia reſponſur. Et 'peto eos & eorum quemlibet reputari con-'tumaces & contumacem, & in pœnam in-'cidiſſe decerni in primam defaultam. Tunc facta præconizatione publica trina vice pro citatis, tam in ſpecie, quam in genere, eiſque non comparentibus, Judex pronunciabit eos pro contumacibus [reputari] & in pœnam hujuſmodi contumaciæ declarabit eos, & quemlibet eorum incidiſſe in primam defaultam; tunc petet procurator continuationem Certificatorii dicti Warranti in proximum juridicum, ſeu alium diem per Judicem aſſignandum.

28. De

28. *De modo arrestandi bona vel nomina in manibus aliorum, ad quæ arrestanda Officiarius non habet accessum.*

ALiquando is qui tibi debet aut ex mutuo aut ex alio contractu maritimo aliquam summam non potest conveniri, ut eum possis arrestare, nec etiam habet aliqua bona ad quæ arrestanda Marischallus possit accedere, noveris tamen penes quem bona debitoris tui remanent, vel aliquam personam qui indebitatus sit tuo debitori; in hac causa possis obtinere Warrantum ad effectum Warranti in titulo 24. de alio modo procedendi. Et Officiarius potest vigore ejusdem adire illam personam penes quam dicta bona remanent, vel quæ dicto debitori tuo obnoxia sint, eaque arrestare ad *N.* debitorum tuum spectantia, aut citare apud eadem bona eandem personam tibi indebitatam in specie, ac omnes alios in genere, *&c.* ut in dicto titulo. Et notandum est, quod in dicto Warranto bona & debita, seu pecuniarum summæ, quæcunque ad dictum *N.* spectantia, & in manibus dictæ personæ seu alterius personæ cujuscunque remanserint, sunt in isto Warranto ubi bona possunt per Officiarium arrestari.

29. *De Certificatorio dicti Warranti.*

ESt certificandum ut illud prius Warrantum, & accuſanda eſt contumacia citatorum tam in ſpecie, quam in genere, & procedendum eſt in omnibus, tam quoad contumacias perſonæ in ſpecie, quam aliorum in genere, prout in dicto titulo de Exhibitione ſeu Judiciali Introductione Warranti, & de petitione procuratoris actoris. 26.

30. *De modo procedendi, in dicto Arreſto, ſi is in cujus manibus bona aut nomina arreſtata ſunt, comparuerit.*

SI ille in cujus manibus arreſtantur bona, vel nulla nomina talia habuerit, tenetur comparere in die prædicto, & allegare ſe nec tempore interpoſiti arreſti, nec citra, nec in præſenti penes ſe, aut in ejus cuſtodia habuiſſe, aut habere, aliqua bona aut debita ad *N.* ſpectantia; & quod non ſtetit per ullam fraudem ullumne dolum [aut] malum quo minus ramanerent. Et ſi hæc allegans fecit fidem de ſuper ad ſcā. de Evangelia, eſt dimittendus, & fruſtra omnia acta ſunt per actorem. Limita tamen, quod ſi actor ante

hujuſ-

hujuſmodi præſtitutum juramentum, voluerit allegare, & ſuſcipere in ſe onus probandi aliqua bona vel debita prædicta, *viz.* ſeu debitoris remanere penes dictam perſonam arreſtatam, eſt ad hoc admittendus, & ſi probaverit, debet ea recuperare per ſententiam definitivam Judicis una cum expenſis. Et nota, quod in iſto caſu dicta perſona, quæ juſtificata fuit bona penes ſe remanſiſſe eſt cogenda ad reſpondendum actori per dictum actorem in hac lite inſtituendum, & ad fidejubendum ad omnes effectus illos mentionatos in tit. 11. de Introductione fidejuſſorum per Reum, & ſtipulatione ab eis capienda. Et è contra actor tenetur fidejubere (ut) in titulo (13.) de productione fidejuſſorum ex parte actoris; & dandus eſt libellus, & in omnibus eſt procedendum ut in ordinaria cauſa maritima, quando agitur pro debito. Et actor, ſi, ut præfertur, defecerit, eſt condemnandus in expenſis. In libello verò in hoc caſu per actorem dando, non tenetur allegare aut probare debitum illius perſonæ quam in dicto Warranto prætenditur ei fuiſſe indebitatum, ſed ſufficit ad obtinendum in hac cauſa probare bona ſeu nomina dicti debitoris remanere in manibus dictæ perſonæ. Jam, hoc probato, cogenda eſt ad judicialiter introducendum & deponendum apud Judicem bona vel debita hujuſmodi, & tunc actor tenetur recuperare

eadem

eadem bona per defaultas, ut ſupra, ſi nullus comparuerit; aut judicio contradictorio, ſi debitor præſens comparuerit, & ſi actori quicquam debere inficiatus fuerit. In quo caſu ſi interveniens hujuſmodi introduxerit fidejuſſores obligandos ad effectus prædictos, bona arreſtata, vel apud Judicem depoſita ſunt ſibi tradenda, & actor tenetur dare fidejuſſores, ut ſupra, De conceſſione ſecundæ & tertiæ defaultæ. In omnibus caſibus ſupra-dictis cum proceditur contra bona arreſtata ſeu debita, & nec perſona cujus bona prætenduntur eſſe arreſtata, nec quiſquam alius eadem vendicando comparuerit, procedendum eſt contra eos in pœnam eorum contumaciam, ut in prædicto titulo, (27.) de exhibitione, ſeu Judiciali Introductione dicti Warranti. Et quemadmodum in primo die pronunciandi ſunt contumaces & in pœnam declarandi incidiſſe in ſecundam defaultam. Continuandum eſt etiam Certificatorium, aliàs introductum in proximum vel alium juridicum Judicis arbitrio limitandum. In eodem vero ſecundo die juridico in omnibus eſt petendum, ut ſupra, id eſt pronunciandum eſt eos, & quemlibet eorum incidiſſe in tertiam defaultam, ac dictum Certificatorium eſt, ut ſupra, continuandum in proximum diem juridicum, & in illo tertio juridico ſimiliter petendum, accuſandum, & pronunciandum eſt

omnes

omnes prædictos incidiſſe in quartam defaultam.

31. *De Petitione Procuratoris, & (Decreto) Judices poſtquam contumaces ſunt pronunciati incidiſſe in quartam defaultam.*

PRocurator actoris in iſto die ex ſuperabundanti debet accuſare contumaciam dictorum citatorum tam in ſpecie quam in genere præconizatorum & non comparentium, & in pœnam contumaciarum ſuarum hujuſmodi dicet: ‘ Do articulum ex primo decreto, ‘ & allego, peto, & cætera facio prout in eo‘dem continetur, & peto eundem admitti & ‘ jus & juſtitiam fieri & adminiſtrari, & par‘tem meam mittendam fore decerni in poſ‘ſeſſionem bonorum arreſtatorum ex primo ‘decreto. Deinde Judex præconizari faciet ‘ trina vice omnes prædictos citato tam in ſpe‘cie quam in genere eiſque non comparenti‘bus, pronunciabit eos contumaces; & in ‘ pœnam dicet, Admittimus hujuſmodi arti‘culum. Deinde actor ſive ejus procurator ad probandum contenta in dicto articulo, id eſt, ad probandum debitum petitum, exhibere debet litteras obligatorias, aut alia hujuſmodi, ex quibus petit hujuſmodi debitum; & pars principalis tenetur facere fidem per juramentum corporale ſibi per judicem

dicem datum de veritate debiti petiti. Quo facto, Judex ſolet perlegere, licet ſubmiſſa voce, dictum articulum, & deinde dicere: 'Nos pronunciamus & decernimus prout petitur. Tunc procurator dabit ſchedulam expenſarum, quam Judex taxabit, facta fide ſuper taxatione hujuſmodi, & per procuratorem ſeu partem principalem, & decernet bona arreſtata apprecianda, & facta appreciatione juxta verum valorem eorundem, editis etiam per actorem fidejuſſoribus idoneis de reſpondendo quibuſcunque jus in hujuſmodi bonis recuperatis habentibus, & pro eodem intervenientibus infra annum ſequentem, eandem partem dimittendam fore in poſſeſſione bonorum prædictorum, quoad quantitatem debiti petiti, ſi ad hoc ſufficiant, alioquin in quantum ſufficiant.

32. *Quæ continentur in dicto Articulo ex prima Decre.*

ACtor in articulo hujuſmodi declarare ſeu narrare tenetur factum, hoc eſt, quando, & ex quo contractu oritur debitum petitum, & in concluſione peterejus & juſtitiam, & ſe mittendum fore in poſſeſſionem arreſtatorum bonorum, in quantum ſufficiant ad ſolutionem debitorum petitorum. Hoc etiam

etiam addito, quod non habuit ſpem aliam recuperandi debitum, niſi per arreſtationem bonorum prædictorum.

33. *De modo procedendi ſi ille comparuerit, ad quem in Warranto prædicitur bona arreſtata fuiſſe.*

SÆpe contingit, quod ſicut in perſonali actione perſona alicujus ſit arreſtata propter debitum, cum nullum debetur; ita aliquando bona tua arreſtantur pro debito ſuppoſito. In iſto igitur caſu quamprimum notitiam habueris bona tua arreſtata eſſe, ne eadem per defaultas, modo præmiſſo, contra te recuperentur, & in pœnam tuæ contumaciæ adverſarius tuus ex primo decreto mitteretur in poſſeſſionem eorundem, expedit ut compareas; & ſi introduxeris fidejuſſores de reſpondendo actioni inſtitutæ ad omnes effectus in titulo (11) de Introductione fidejuſſorum per reum, tunc relaxandum eſt arreſtatum prædictum & bona tibi tradenda ſunt. Et actor tenetur fidejubere, libellare, ac debitum petitum probare, & in cauſa procedere in omnibus, ut in actione inſtituta contra perſonam debitoris. Si tamen antequam interveneris pro intereſſe (tuo) fueris pronunciatus contumax, & Judex pronunciaverit te incidiſſe

incidiſſe in aliquas defaultas, primo & ante omnia perſolvendæ ſunt expenſæ hujuſmodi contumaciæ, antequam tibi tradenda ſunt bona prædicta, vel tu audieris in caſu.

34. *De Comparitione tertiæ perſonæ ad quam ſpectant bona arreſtata, quamvis arreſtantur tanquam bona alterius.*

SI bona (tua) arreſtata ſunt tanquam bona & pro debito alterius, ſi interveneris pro intereſſe tuo in iiſdem ante prolatum primum decretum, perſolvendæ ſunt integræ expenſæ litis, tempore prolationis dicti decreti antequam audiaris. Si verò compareris ante latum hujuſmodi decretum, expenſæ tantum defaultarum prædictarum ſunt ſolvendæ, ut in titulo prædicto. Quibus ſolutis proponendum & allegandum eſt intereſſe tuum, ac dandi ſunt per te fidejuſſores de judicio ſiſti, expenſis ſolvendis, caſu quo defeceris in probatione intereſſe tui hujuſmodi, & ratihabitione procuratorii; pendente hac lite bona arreſtata ſunt ſub arreſto cuſtodienda, vel ſequeſtranda, ut in titulo (39) In quo caſu bona ſint ſequeſtranda, &c. Et ſi probaveris intereſſe tuum, adjudicanda ſunt tibi bona, & actor eſt condemnandus in expenſis; & è contra ſi defeceris, perſolvendæ ſunt per te expenſæ Actoris.

35. *Quod Actor possit obtinere primum decretum tam contra eandem personam ad quem prætendebat bona arrestata spectasse, quam contra omnes alias personas, præter comparentes.*

Licet tertius interveniebat pro interesse in bonis per te arrestatis tanquam bona ad alium tibi indebitatum spectantibus, poteris tamen procedere, & prosequi dictum arrestum modo præmisso, contra dictum tuum debitorem, ac contra quoscunque alios, excepto comparente, & in plenam eius & aliorum contumaciam procedere, & obtinere primum decretum, & decretum de te mittendo in possessionem bonorum prædictorum quoad cont. prædict. possessio tamen dictorum bonorum non est tibi tradenda, pendente lite inter te & dictum tertium intervenientem pro interesse.

36. *De tertio interveniente pro interesse post latum primum decretum.*

Interveniens pro interesse post prolationem primi decreti, non est audiendus, nisi primo solutis expensis taxatis tempore lati decreti, & tunc allegandum & proponendum est

eſt hujuſmodi intereſſe, ac dandi ſunt fidejuſſores ad effectus in titulo (33.) de Comparitione tertiæ perſonæ ad quam ſpectant bona arreſtata, tenetur tantum dare fidejuſſores de judicio ſiſti, expenſis ſolvendis & ratihabitione procuratorii. Sed quamprimum procurator actoris ſive rei functus eſt officio, & deſinit eſſe procurator, quamprimum ſententia definitiva ſit lata, ita etiam functus eſt officio ſuo quamprimum obtinuit dictum primum decretum, & dominus ſuus fuit miſſus in poſſeſſionem bonorum, *&c.* Tamen quære, quia ad triginta annos elapſos maxime fuit inter doctiſſimos controverſum. Ideo interveniens hujuſmodi pro ejus intereſſe, tenetur vocare partem principalem ſi in humanis egerit, vel ejus fidejuſſores obligatos, ut ſupra, de reſpondendo quibuſcunque, ut in titulo (30.) de petitione procuratoris & decreto judicis, *&c.* ad dicendum cauſam quare non deberet admitti ad proponendum intereſſe ſuum in talibus bonis nuper utcunque per primum decretum talia bona ad talem ſpectantia, *&c.* & ad videndum intereſſe hujuſmodi admitti. Et, ſi citati in hoc caſu non comparuerint, decernendum eſt Warrantum ad arreſtandum eos, *&c.* donec comparuerint. Si vero comparuerint probare debet dictus tertius interveniens hujuſmodi intereſſe ſuum, & eſt in omnibus procedendum,

cedendum, ut ſupra, in cauſa ordinaria. Et ſi illud intereſſe ſuum probaverit, bona prædicta recuperabit ut præfertur per primum decretum, ſi extant; alioquin eorum verus valor juxta appreciationem modo præmiſſo tempore primi decreti factam, ſunt ſibi adjudicanda, una cum expenſis ea occaſione factis. Et ſi defeceris, præſtare debes expenſas adverſarii.

37. De modo arreſtandi bona tua propria per alium detenta, occupata, ſive poſſeſſa.

QUum ſæpe fit, præſertim tempore belli ſeu Guarræ quod bona ſeu navis tua ſunt per hoſtes vel piratos capta, & poſtea fortè fortuna ad hoc regnum deducta; vel ſi bona tua ſint quocunque modo occupata, poſſeſſata, ſeu detenta; vel ſi factor, aut negotiorum tuorum in partibus tranſmarinis geſtor, ad tuum uſum & compotum ſignavit tibi quædam bona, alius tamen eadem detinet, vel injuſte occupat: In his caſibus obtinere potes Warrantum ad arreſtandum hujuſmodi bona, tanquam bona tua propria, cum citatione in eodem, tum contra detentores ſeu occupatores eorundem in ſpecie, tum contra quoſcunque alios in genere jus aut intereſſe in eiſdem habere prætendentes, ad reſpondendum in cauſa civili

civili & maritima. Quo Warranto executo & relato, ut ſupra, ſi nullus comparuerit, procedendum eſt in omnibus, ut ſupra, & poſt quartam defaultam, tibi adjudicanda ſunt non pro debito tuo proprio, ut priori caſu, ſed pronunciandum eſt, in pœnam contumaciæ non comparentium, eadem bona ad te ſpectare, &, tanquam tua bona propria, es in poſſeſſionem eorum mittendus; edenda etiam in hoc caſu eſt per te cautio fidejuſſoria, ac bona prædicta ſunt apprecianda, ut in titulo (31.) de petitione procuratoris, & decreto Judicis in die aſſignato pro quarta defaulta, quo facto ſa——

38. *De modo procedendi in poſſeſſorio.*

SI bona tua tanquam alterius bona fuerint arreſtata, & tu ſive per teipſum, ſive per alium tuo nomine & ad tuum uſum, fueris tempore hujuſmodi arreſti in poſſeſſione eorundem, comparere potes coram Judice, & allegare ut ſequitur: *Comparuerit perſonaliter* N. *& ad omnem juris effectum*, &c. *allegavit, quod tempore interpoſiti arreſti, ipſe fuit in quieta & pacifica poſſeſſione bonorum arreſtatorum, non vi, clam, metu, nec præcario, & petiit poſſeſſionem bonorum arreſtatorum ſibi primo & ante omnia decerni, ſeque teneri in poſſeſſione eorundem,*

ac

ac arreſtum alias in eoſdem authoritate hujus Curiæ inter poſitum relaxare, ac jus & juſtitiam —

Si actor poſſeſſionem hujuſmodi juſtificatus fuerit, ea eſt probanda poſtquam propoſita fuit conm. & diem ac admiſſa. Expedit etiam ut fiat per te proteſtatio quod non intendis in petitorio procedere, ſed in poſſeſſorio tantum. Actor etiam qui bona prædicta tanquam ſua arreſtavit, allegare poteſt, ſe fuiſſe & eſſe poſſeſſorum dictorum bonorum, & replicare quod fiet quatenus dictus *N.* unquam fuerit de facto in poſſeſſione bonorum arreſtatorum, quod eandem obtineat per vim, violentiam, metum, dolum malum, vel precario, & ſi hinc inde procedendum eſt in poſſeſſione, ut qui eandem probaverit, per ſententiam definitivam, obtinebit poſſeſſionem hujuſmodi bonorum, & poſtea partes hinc inde, ſi per hanc ſententiam gravati fuerunt, procedere poſſunt in Petitorio.

39. *De modo procedendi in Petitorio.*

ILle cui poſſeſſio bonorum prædictorum per ſententiam Judicis ſit adjudicata, ſi adverſarius ejus voluerit litigare & procedere in Petitorio, & probare bona prædicta ad eum ſpectare, tenetur antequam realis poſſeſſio dictorum

dictorum bonorum ſit ſibi tradenda, edere cautionem fidejuſſoriam de reſpondendo dicto actori in petitorio, hoc eſt, de reſtituendis bonis prædictis, de eiſdem non barratandis, caſu quo actor obtinuerit in petitorio, & de judicio ſiſti, & expenſis ſolvendis, & ratihabitione procuratorii, & bona ſunt per Judicis decretum per peritos & probos apprecianda, & juxta valorem eorundem æſtimanda. Et quemadmodum actor in iſto caſu ita interveniens & obtinens poſſeſſionem poteſt proponere ejus intereſſe & jus in prædictis bonis, & procedere in petitorio, & probans obtinebit ſententiam cum expenſis; & è contra eſt in hoc negotio petitorio procedendum in omnibus, ut in cæteris cauſis maritimis. Et nota, quod actor antequam fuerit admiſſus ad proponendum intereſſe ſuum in petitorio, tenetur dare fidejuſſores de lite proſequenda, & de ratihabitione procuratorii, & de judicio ſiſti.

40. *In quo caſu bona ſunt ſequeſtranda, vel ſub arreſto cuſtodienda.*

PEndente dicta lite in poſſeſſorio vel petitorio, bona ſunt ſequeſtranda & neutri litigantium tradenda. Sed ſi bona ſunt talia quæ ſervand. ſervari non poſſunt, vel, ſi cuſto-

direntur, non ſolum peritura, ſed etiam multo minoris pretii & valoris eſſent in fine litis, Judex, pereute una parte, quamvis altera diſſentiente, ſi de præmiſſis ſibi poſſit conſtare, poteſt decerniere hujuſmodi bona de virisimili perituta, per homines peritos & indifferentes per partes hinc inde nominandos, ac per Judicem approbandos, appretianda, & valor ſeu pretium ex eiſdem bonis receptum, eſt penes Judicem, ſeu apud ejus regiſtrarium ad uſum jus habentis, & obtinentis——

41. *Quid ſi plures arreſtarunt una & eadem bona pro eorum reſpective debitis.*

ALiquando una perſona diverſis eſt debitata, & adeo creditores hujuſmodi per diverſa Judicis Warranta, bona debitoris hujuſmodi, pro recuperandis eorum reſpective debitis, arreſtari obtinent, bona tamen arreſtata non ſufficient ad ſolutionem omnium hujuſmodi debitorum; is igitur in iſto caſu præferendus eſt, & obtinebit primo Judicis decretum de mittendo in poſſeſſionem qui primo actionem prædictam inſtituit, vel bona prædicta arreſtari procurabit; hujuſmodi etiam ordo & forma obſervandus eſt quoad reliquos debitores, *viz.* illi ſunt præferendi cæteris, qui primo bona arreſtarunt;

& ſi,

& ſi, ſoluto debita primi debitoris, ſufficiant aliqua bona cæteris creditoribus, cuivis non omnibus perſolvenda.

42. *De Juramento Calumniæ, & quot capitæ contineantur in eodem.*

DE hoc juramento Calumniæ & de capitibus ejuſdem, & in quibus caſibus præſtari debet, nec non de Juramento Malitiæ non committendæ, lege titulos in Practica Curiarum Eccleſiaſticarum, in quibus de his particulariter tractatur.

43. *De Propoſitione materiæ defenſionis, de proponendis Exceptionibus, de corroboratione teſtium.*

DE his etiam omnibus plene tractatur in practica Curiarum Eccleſiaſticarum. Nota tamen, quod in iſta Curia Admiralitatis juxta antiquum ſtylum & conſuetudinem ejuſdem, admittuntur exceptiones in genere, dato termino competenti Judicis arbitrio conſtituendo ad has generales exceptiones ſpecificandas; & tamen ad illas in genere, quam ſpecificatorias probandas, unus aut idem datur terminus, id eſt, ſi admiſſis prædictis

dictis Exceptionibus in genere, datus fuerit terminus probatorius ad eas probandas, & postea datæ fuerint exceptiones in specie, seu specificatoriæ, non est assignandus alius seu novus terminus ad illas probandas, sed producendi sunt testes infra diem probatorium datum, pro illis generalibus exceptionibus probandis.

44. *De juramento Suppletorio.*

HOc Juramentum potest peti, & decerni solet in omnibus causis maritimis; de forma verò allegandi causas ut illud tibi deferri obtineas, de tempore & modo illud perendi, tractatur in Practica Curiarum Ecclesiasticarum.

45. *De Exhibitione Instrumentorum.*

DE exhibendis Instrumentis, & allegationibus in ea parte requisitis, de responsis ejusdem per procuratores, & partes principales dandis, de forma declarandi eos pro confessis, si recusarint respondere, vel non plene responderint, lege titulos de his specialiter scriptis in Practica prædicta, his tamen mutatis & variatis. Si procurator, pars principalis,

cipalis, vel teſtes, recuſaverint præſtare juramentum de reſpondendo, vel fideliter deponendo ſuper libello vel quibuſcunque aliis propoſitis, ſuper quibus de re tenetur reſpondere & deponere, Judex poteſt eos carceribus, propter hujuſmodi contemptum committere, donec hujuſmodi juramentum præſtiterint, vel eos monere ad hujuſmodi juramentum, pronunciare eos incidiſſe in eandem pœnam, & eos compellere per incarcerationem ad ſolationem ejuſmodi ſummæ.

46. *De comparitione Literarum.*

SImiliter de forma & modo exhibendi inſtrumenta, & allegandi ad finem, ut fieret comparitio, & de tenore relationis comparitorum, & de exhibitione ejuſdem, cæteriſque in ea parte requiſitis, lege titulos de his ſcriptos in Cauſis Eccleſiaſticis, &c.

47. *De Exhibitione Inſtrumentorum in lingua Gallica, Italica, vel Teutonica ad probationem libelli, vel aliorum Propoſitorum.*

SI inſtrumentum aut ſcriptum aliud, faciens ad probationem Propoſitorum, ex

parte tua, vel mandatum procuratorium ſit ſcriptum in aliqua lingua prædicta, vel quacunque alia extranea lingua, tunc procurator ea exhibens, (dicet) 'In probationes contentorum in libello, vel talibus propoſitis ex 'parte mea, exhibeo quoddam inſtrumentum 'tali lingua & lingua Anglicana jura-'mento onerar de fideliter transferendo hu-'juſmodi inſtrumentum prædictum quam co-'piam tranſlatam.' Tunc Judex juramento onerabit aliquem in hoc negotio peritum, ac probum & honeſtum, monebitque eum ut petitur.

48. *De Exhibitione Copiæ tranſlatæ cum Originali, & petitione procuratoris exhibentis.*

Introducto & exhibito dicto Inſtrumento originali, cum vera copia tranſlata in vim juramenti dictæ perſonæ, ut ſupra, juratæ, procurator dicet ex ſuperabundanti: 'Exhi-'beo dictum inſtrumentum, una cum vera 'copia ejuſdem, in linguam Anglicanam tran-'ſlatâ; Et allego omnia & ſingula in dicto 'inſtrumento contenta eſſe vera, & habita, 'geſta, facta & expedita prout in eodem 'continetur, & copiam exhibitam eſſe fideli-'ter tranſlatam, & concordare cum originali. admiſſa iſta allegatione præſtabit jura-

juramentum quod fideliter posuit & uti possit responsis procuratoris & partis principalis; & jurandus est procurator adversarii de respondendo in primo, ac danda sunt responsa procuratoris; & in omnibus est procedendum, ut in titulo suprascripto, de Exhibitione Instrumentorum, *&c.* Quo facto dicet procurator, 'Peto copiam translatam Instrumenti exti registrari, & facta registratione, originale retradendum decerni, & tantam fidem adhibendam copiæ translatæ quam Originali. Tunc Judex: Decernimus ut petitur; curet tamen procurator, ut instrumentum originale remaneat penes registrarium, ut procurator (tamen instrumentum) adversarii, & adversarius, ex inspectione ejusdem informari possint quid & qua re respondeant.

49. De Conclusione in causa, de Informationibus dandis Judici ante prolationem sententiæ, & de prolatione ejusdem.

DE his omnibus titulis ac aliis, in ea parte incidentibus, lege titulos in dicta practica Curiarum Ecclesiasticarum specialiter scriptos.

50. *De appellatione à Sententia definitiva.*

APpellare licet in quacunq; ſententia definitiva ſive decreto interlocutorio habente vim definitivæ ſententiæ, ſive viva voce apud acta coram Judice tempore latæ Sententiæ vel interpoſiti decreti hujuſmodi, ſive coram Notario publico & teſtibus infra decem dies ad appellandum indultos, de ſtatutis hujus regni, de modo & forma interponendi has appellationes, [lege titulos] ſcriptis in cauſis Eccleſiaſticis. Quære tamen utrum licet appellare à ſententia lata in Poſſeſſorio quia ea poteſt reparari in petitorio, ſive coram eodem Judice, ſive Judice appellationis.

51. *Quod non licet appellare à gravaminibus ſeu decreto quocunq; interlocutorio habente vim ſententiæ definitivæ.*

LIcet dederis materiam concludentem defenſionis tuæ, vel concludentes exceptiones contra teſtes adverſarii, vel infra terminum probatorium petieris commiſſionem ad partes pro teſtibus examinandis, vel ſimilia, & Judex ea omnia admittere recuſaverit, ſemper practicatum fuit, quod non licet

ab

ab eiſdem gravaminibus, nec à quocunq; decreto interlocutorio non habente vim ſententiæ definitivæ appellare; quia hæc omnia poſſunt reparari in appellatione à ſententia definitiva, & licet non allegata allegare, & non probata probare.

52. *Quid ſi gravamen irreparabile & decretum habens vim ſententiæ definitivæ, à quibus licet appellare.*

SI quis arreſtabit bona tua tanquam ad ſe vel ad alium ſpectantia, & tu debito tempore recuparaſti coram Judice, & allegaſti te habere intereſſe in hujuſmodi bonis, petiſtiq; te admitti ad proponendum & probandum illud intereſſe, & jus ac juſtitiam tibi miniſtrari, judex tamen hæc petita aut tacitè procedendo ad alia tuæ petitioni contraria, vel præjudicialia, utpote producendo ad primam, ſecundam, & tertiam defaltam, ut poſſit in die quarto adjudicare tua bona alteri, vel expreſſe rejiciendo intereſſe, tuum; hoc dicitur Gravamen Irreparabile, & Decretum interlocutorium habens vim ſententiæ definitivæ. Nam non ſperatur alia ſententia de hac quæſtione in eodem Judice, & ſi in hoc caſu non appellaveris, adjudicabuntur tua bona alteri.

Similiter, ſi creditor tuus egerit contra te pro debito, & tu ad impediendum litis proceſſum, paſtum debitum non petend. vel pendentia litis coram alio Judice competente & pro eodem debito, ac Judex aut tacitè, ut ſupra, admittendo libellum & procedendo in cauſa, vel expreſſe rejecerit hujuſmodi allegata, licet appellare, ut ſupra. Nam hæc non poſſunt reparari in appellatione à ſententia definitiva, nec de ea ſperatur alia ſententia; quo ad plures cauſas tangentes hoc decretum interlocutorium, lege tit. Quid ſit decretum interlocutorium, *&c.* in cauſis Eccleſiaſticis.

53. *De Appellationibus in Curiam Admiralitatis interponendis.*

QUemadmodum appellare licet à Curia Admiralitatis à ſententiis definitivis & decretis prædictis interlocutoriis habentibus vim ſententiæ definitivæ, ad Sereniſſimam Regiam Majeſtatem & Curiam Cancellariæ, ita ab omnibus ſententiis, decretiſque interlocutoriis & gravaminibus per quoſcunq; Judices Civiles particulares, ſeu Vice-admirales, in quibuſcunq; partibus hujus regni latis, licet appellare, ad honorandum Dominum, Dominum magnum Angliæ Admirallum, ejuſque

ejuſque ſupremam Curiam Admiralitatis Angliæ, & egregium virum preſidentem Judicem ſive locum tenentem quemcunque ejuſdem Curiæ. Judexque hujuſmodi habet cognitionem cauſarum appellationum hujuſmodi, nec non querelarum nullitatis quarumcunque.

54. *De Inhibitionibus appellationibus prædictis.*

INterpoſita appellatione in cauſis prædictis, abeundus eſt Judex, at in cauſis Eccleſiaſticis —— eaque inhibitio non ſolum continebit inhibitionem Judici à quo eſt appellatum, ne ulterius procederet in cauſa, & parti appellatæ in ſpecie, verum etiam arreſtationem perſonæ appellatæ directæ ut Warrantum ſeu mandatum primarium aut Originale in cauſa civili ad capiendum eundem per ſcapulas, donec comparuerit ad reſpondendum dicto appellanti in cauſa appellationis.

55. De

55. *De Exceptione & Certificatorio dicta Inhibitionis.*

EST Judici, parti appellatæ in ſpecie, Regiſtrario, ac cæteris quibuſcunq; in genere inhibend. ut in cauſis Eccleſiaſticis. Pars verò appellata eſt arreſtanda, & detinenda in carceribus, niſi idonee ſit per eum fidejuſſum de legitime comparendo, ut in titulo de interpoſitione cautionis, *&c.* (4.) & [inhibitio] eſt certificanda, ut Warrantum Originale.

56. *De dandis Fidejuſſoribus in cauſa appellationis.*

SI actor in primo inſtantia appellaverit, non eſt admittendus ad libellandum, niſi editis fidejuſſoribus ad effectus illos ad quos in cauſa civili originali tenetur. Si reus in prima inſtantia appellaverit, tenetur dare fidejuſſores ad omnes effectus quos reus in prima inſtantia dederit. Et nota, quod licet Actor ſit appellatus, tenetur tamen fidejubere de judicio ſiſti expenſis ſolvendis & ratihabitione procuratorii.

57. De

57. *De modo procedendi in causa appellationis.*

DE modo & forma procedendi in his appellationibus, quoad oblationem libelli, decretum ad transmittendum processum, decretum pro parte principali, de beneficio etiam appellantis à sententia definitiva (quod possit non allegata allegare, & non probata probare) & de modo justificandi causam appellationis à gravaminibus, de exhibitione processus Judicis à quo, & instrumenti appellationis, deq; cæteris Judiciariis processibus in causis appellationum, lege tit. de his specialiter conscriptos in dicta practica Ecclesiastica: Hoc semper excepto, Quod Judices Ecclesiastici in puniendis contumacibus & contemptoribus utuntur gladio spirituali, nempe, sententia Excommunicationis ad contumaces hujusmodi reprimendos; Judex vero Civilis, sive in causis originalibus sive in causis Appellationum, utitur gladio seculari (id est) carceribus & pœnis pecuniariis.

58. *De*

58. *De Petitione Decreti ad dicendum causas quare Sententia Executioni demandari non deberet.*

Si pars contra quam lata est sententia, appellaverit tempore latæ sententiæ, quod est, apud acta; & assignandi fuerint ibi termini ad prosequendum eundem, & ad certificandum de prosecutione ejusdem, tunc si interim non fuerit Judici inhibitum, procurator qui obtinuit sententiam, petere debet partem ream vocandam fore ad dicendum causam quare sententia executioni mandari, & expensa taxari non debent; hoc decretum solummodo continet citationem seu monitionem, & non arrestationem. Sed si non fuerit appellatum tempore prolationis sententiæ, tunc lapsis quindecim diebus datis de statutis hujus regni ad appellandum, a die seu tempore prolationis sententiæ, petendum est dictum decretum ad dicendum causam quare sententia non deberet executioni mandari, ut supra.

19. *De forma demandandi ſententiam executioni.*

SI ille qui appellaverit extrajudicialiter, citatus ad dicendum cauſam quare ſententia, *&c.* allegaverit ſe debitis loco & tempore appellaſſe, ut in cauſis Eccleſiaſticis, tunc ſtatuendi ſunt ſibi termini ad proſequendum & certificandum, vel ad docendum eſſe appellatum, & in illis lapſis, nullaque executa inhibitione in Judicem, ſententia poteſt executioni mandari in præſentia procuratoris, ut ſupra allegatis fuiſſe appellatum. Similiter, ſi is qui appellavit tempore latæ ſententiæ, & citatus, ut ſupra, ad dicendum cauſam quare, *&c.* vel per ſe, vel per ejus procuratorem comparens nullam cauſam concludentem allegaverit, ob quam ſententia non deberet executioni mandari. Si vero appellans citatus, ut ſupra, non comparuerit, tunc in poenam ejus contumaciæ accuſati præconizati, & pro contumaci pronunciati eſt, executioni mandata, & eſt quo ad præmiſſa in omnibus, procedendum ut in cauſis Eccleſiaſticis.

60. *De decreto contra partem principalem ad ſolvendum ſortem principalem & expenſas.*

POſtquam Judex in pœnam contumaciæ partis comparentis, ſive in præſentia procuratoris, nullam ut ſupra allegantis cauſam, ob quam ſententia non deberet executioni mandari, demandaverit ſententiam executioni, exhibenda eſt ſchedula expenſarum quæ taxandæ ſunt, & juramentum ſuper taxationem præſtandum, ut in cauſis Eccleſiaſticis. Tunc dicet procurator, 'Peto partem principalem 'monend. fore decerni ad ſolvendum tam 'ſortem principalem quam expenſas taxatas 'infra aliquod tempus competens, & caſu 'quo non ſolverit, capiend. fore per ſcapu'las, & in carceribus cuſtodiendum donec 'ſolverit. Judex, decernimus ut petitur, ſtatuendo certum tempus ſolutionis, utpote infra viginti, triginta, vel quadraginta dies juxta Judicis arbitrium.

61. *De Decreto, ſive Monitione.*

INtroducto mandato prædicto cum certificatorio in dorſo, quod Reus quæſitus latitavit, quo minus poſſit moneri juxta tenorem

rem ejuſdem, petat procurator ut ſequitur: ‘Allego N. partem principalem fuiſſe quæſi-‘tum ad effectum monendi eum, juxta teno-‘rem mandati per me introducti, & quod la-‘titavit & latitat, quo minus perſonaliter ‘moneri poſſit ad ſolvendum: quare peto e-‘jus fidejuſſores monendos fore decerni ad ‘ſolvendum tam ſortem principalem, quam ‘expenſas citra diem competentem, alioquin ‘capiendos fore, etiam decerni donec ſolve-‘rint.

62. *De Decreto contra fidejuſſores ad ſolvendum rem adjudicatam, omiſſo decreto contra partem principalem.*

SI pars principalis condemnata habitat extra regnum, vel nullum certum habuerit domicilium intra regnum, ita ut non poſſit moneri ad ſolvendum expenſas adjudicatas, Judex, ſi ita placeat, ſaltem ſi de præmiſſis fides facta fuerit, vel de eo notorium ſit, quam primum lapſi ſunt dies ad proſequendum & certificandum decernere fidejuſſores vocandos fore ad dicendum cauſam quare non debet ſententia executioni mandari, *&c.* & ea poteſt aut in eorum præſentia, aut in pœnam contumaciæ executioni demandari, non vocata principali parte. Similiter etiam poſſe-

postquam Judex demandavit sententiam executioni, & expensas taxavit, potest si vult ex causis præmissis decernere monitionem contra fidejussores ad solvendum res judicatas, omissa, ut supra, monitione contra partem principalem.

63. *De Peremptoria Instantia.*

QUemadmodum si appellatio non sit prosecuta infra terminum à jure indultum, vel infra terminum datum per Judicem, à quo ad prosequendum appellatio sit deserta, quamvis appellans habuerit justam causam appellandi, ut notatur in titulo in Practica Ecclesiastica, de his specifice tractantibus; Ita, si causa civilis, postquam sit instituta, non fuerit finita, & sententia infra annos tres peremptæ est instantia; &, ut à peritis audivi, nulla causa objici aut allegari potest ad impediendum eandem. Sed Judex, nullo habito respectu ad justitiam causæ, debet pronunciare instantiam esse peremptam, atq; reus ab Judicii observatione, una cum expensis dimittere.

FINIS.

CONTENTA.

Tit. I.

De Modo inchoandi sive instituendi Actionem in suprema Curia Admiralitatis Angliæ, & de Tenore Warranti seu Mandati Originalis Judicis. Pag. 1

II.

De directione dicti Warranti. 2

III.

De modo exequendi Warrantum.

Contenta.

tum. Ibid.

IV.

De Interpositione Cautionis seu Fidejussor' per Arrestatum de legitime comparendo. 3

V.

Quid sit legitime comparere. 4

VI.

De Certificatorio dicti Warranti. 5

VII.

De Procuratorio ad lites, & constitutione apud acta. Ibid.

VIII.

De Petitione Procuratoris Actoris

Contenta.

ris tempore relati Warranti. 6

IX.

De Petitione Rei ſi Actor non comparuerit in die aſſignato per executionem Warranti, nec cauſam ſuam proſecutus fuerit. 7

X.

De Petitione Procuratorum, hinc inde ſi Reus & Actor. 9

XI.

De Introductione Fidejuſſorum pei Reum, & ſtipulatione ab iis captanda. 10

XII.

De Petitione & Proteſtatione Pro-

Contenta.

Procuratoris Actoris tempore Introductionis Fidejussorum per Reum. 11

XIII.

De Productione Fidejussorum ex parte Actoris, & stipulatione ab iis capienda. 12

XIV.

De Petitione Procuratoris ad uberius seu magis idonee fidejubendum. Ibid.

XV.

De decreto Judicis quoad petita de novis dandis fidejussoribus. 14

XVI.

Contenta.

XVI.

De forma probandi ſufficientiam vel inſufficientiam fidejuſſorum. Ibid.

XVII.

De Cautione interponenda partem principalem per Indemnitate Fidejuſſorum. 15

XVIII.

De Datione ſive Oblatione Libelli. 16

XIX.

De modo teſtificandi decretum perſonale ad reſpondendum petitionibus Libelli, ſi Reus citari non poſſit & decreto Judicis.

Contenta.

Judicis 17

XX.

De Petitione Procuratoris Actoris, si fidejussores rei moniti ad sistendum partem principalem non comparuerint, nec sistunt eundem. 19

XXI.

De Petitione Fidejussorum si non comparuerint in die eis dato, ad sistendum partem principalem. 21

XXII.

De Productione partis principalis & testium, & pœna eis infligenda, casu quo non subierint examen juramento. 23

XXIII.

Contenta.

XXIII.

De Compulſorio contra teſtes recuſantes teſtimonium prohibebere. 24

XXIV.

De alio modo procedendi in Cauſa Civili, ſi Reus ære alieno gravatus non poſſit arreſtari; & de Warranto in hoc caſu. 25

XXV.

De Executione dicti Warranti. Ibid.

XXVI.

De Certificatorio dicti Warranti. 26

XXVII.

De Exhibitione, ſeu Judiciali Introductione dicti Warranti, &

Contenta.

& Petitione Procuratori Actoris. 27

XXVIII.

De modo arrestandi bona vel nomina in manibus aliorum, ad quæ arrestanda Officiarius non habet accessum. 28

XXIX.

De Certificatorio dicti Warranti. 29

XXX.

De modo procedendi in dicto Arresto, si is in cujus manibus bona aut nomina arrestata sunt, comparuerit. Ibid.

XXXI.

De Petitione Procuratoris, & (decre-

Contenta.

(decreto) Judicis postquam contumaces sunt pronunciati incidisse in quartam defaultam. 32

XXXII.

Quæ continentur in dicto Articulo ex primo decreto. 33

XXXIII.

De modo procedendi si ille comparuerit, ad quem in Warranto prædicitur bona arrestata spectare. 34

XXXIV.

De Comparitione tertiæ personæ ad quam spectant bona arrestata, quamvis arrestantur tanquam bona alterius. 35

Contenta.

XXXV.

Quod actor possit obtinere primum decretum contra eandem personam ad quam prætendebat bona arrestata spectasse, quam contra omnes alias personas, præter comparentes. 36

XXXVI.

De tertio interveniente pro interesse post latum primum decretum. Ibid.

XXXVII.

De modo arrestandi bona tua propria per alium detenta, occupata, sive possessa. 38

XXXVIII.

Contenta.

XXXVIII.

De modo procedendi in Possessorio. 39

XXXIX

De modo procedendi in Petitorio. 40

XL.

In quo casu bona sunt sequestranda, vel sub arresto custodienda. 42

XLI.

Quid si plures arrestarunt una & eadem bona pro eorum respective debitis. Ibid.

XLII.

De Juramento Calumniæ, & quot capita continentur in eodem. 43

Contenta.

XLIII.

De Propositione materiæ defensionis, de proponendis Exceptionibus, de corroboratione testium. Ibid.

XLIV.

De Juramento Suppletorio. 44

XLV.

De Exhibitione Instrumentorum. Ibid.

XLVI.

De Comparitione Literarum 45

XLVII.

De Exhibitione Instrumentorum in lingua Gallica, Italica, vel Teutonica ad probationem libelli,

belli, vel aliorum Propositorum. Ibid.

XLVIII.

De Exhibitione Copiæ translatæ cum Originali, & petitione procuratoris exhibentis. 46

XLIX.

De Conclusione in causa, de Informationibus dandis Judici ante prolationem sententiæ, & de prolatione ejusdem. 47

L.

De Appellatione à Sententia definitiva. 48

LI.

Quod non licet appellare à gravaminibus seu decreto quocunque

que interlocutorio habente vim ſententiæ definitivæ Ibid.

LII.

Quid ſit gravamen irreparabile, & decretum habens vim ſententiæ definitivæ, à quibus licet appellare. 49

LIII.

De Appellationibus in Curiam Admiralitatis interponendis. 50

LIV.

De Inhibitionibus appellationibus prædictis. 51

LV.

De Executione & Certificatorio dictæ Inhibitionis. 52

LVI.

Contenta.

LVI.

De dandis Fidejussoribus in causa appellationis. Ibid.

LVII.

De modo procedendi in causa appellationis. 53

LVIII.

De Petitione Decreti ad dicendum causam quare sententiæ Executioni demandari non deberet. 54

LIX.

De Forma demandandi sententiam Executioni. 55

LX.

De Decreto contra partem principa-

cipalem ad ſolvendum ſortem principalem & expenſas. 56

LXI.

De Decreto, ſive Monitione. Ib.

LXII.

De Decreto contra Fidejuſſores ad ſolvendum rem adjudicatam, omiſſo decreto contra partem principalem. 57

LXIII.

De Peremptoria Inſtantia. 58

FINIS.